

Postquam Hector sepultus est, cum Achilles circa Troianorum moenia erraret ac diceret se solum Troiam expugnasse, Apollo iratus, talum, quem mortalem habebat, sagitta percutiens Achillem occidit. Postquam Achilles occisus et sepulturae traditus est, Aiax Telamonius, qui frater patruelis eius fuit, postulavit a Danais ut arma sibi Achillis darent. Sed arma, ab Agamemnone et Menelao Aiaci abiurgata, Ulixi data sunt. Aiax ob intolerabilem iniuriam insania captus est: se occidit eo gladio, quem ab Hectore muneri acceperat, postquam cum eo in singulari certamine contendit. Achivi cum per decem annos Troiam capere non valuissent, Epeus, monitus Minervae, equum mirae magnitudinis ligneum facit.

a. comprensione del testo (.../4) b. conoscenza delle regole (.../4) c. resa in italiano (.../2)

Achivi cum per decem annos Troiam capere non valuissent, Epeus, monitus Minervae, equum mirae magnitudinis ligneum facit. Intus sunt collecti fortissimi duces et in equo Graeci scripserunt "Danaorum donum Minervae", castraque traduxerunt Tenedum. Id Troiani cum viderent, hostium profectioni crediderunt. Troianorum rex Priamus equum in arcem Minervae duci iussit. Cum vates Cassandra clamaret indicaretque Graecos milites in equo esse, fides ei data non est. Sed cum Troiani ex contrario equum in arcem statuissent et noctu, vino lassi, obdormissent, Achivi ex equo eruperunt, portarum custodes occiderunt, sociosque, cum signum datum esset, receperunt et Troiam occupaverunt.

a. comprensione del testo (.../4) b. conoscenza delle regole (.../4) c. resa in italiano (.../2)

Postquam Hector sepultus est, cum Achilles circa Troianorum moenia erraret ac diceret se solum Troiam expugnasse, Apollo iratus, Alexandrum Paridem se simulans, talum, quem mortalem habebat, sagitta percutiens Achillem occidit. Postquam Achilles occisus et sepulturae traditus est, Aiax Telamonius, postulavit a Danais ut arma sibi Achillis darent. Illa ira Minervae ei abiurgata sunt ab Agamemnone et Menelao, et Ulixi data. Aiax ob intolerabilem iniuriam insania captus est: pecora sua et se occidit eo gladio, quem ab Hectore muneri accepit, dum cum eo in acie contendit. Achivi cum per decem annos Troiam capere non valuissent, Epeus, monitus Minervae, equum mirae magnitudinis ligneum facit.(y)

a. comprensione del testo (.../4) b. conoscenza delle regole (.../4) c. resa in italiano (.../2)

Achivi cum per decem annos Troiam capere non valuissent, Epeus, equum ligneum facit. Intus sunt collecti fortissimi duces et in equo Graeci scripserunt "Danaorum donum Minervae", castraque traduxerunt Tenedum. Id Troiani cum viderent, hostium profectioni crediderunt. Troianorum rex Priamus ut equus in arcem Minervae duceretur, imperavit feriatique ut omnes essent edixit. Cum vates Cassandra clamaret indicaretque Graecos in equo esse, fides ei data non est. Sed cum Troiani ex contrario equum in arcem statuissent et noctu, lusu atque vino lassi, obdormissent, Achivi ex equo eruperunt, portarum custodes occiderunt, sociosque, cum signum datum esset, receperunt et Troiam occupaverunt.(y)

a. comprensione del testo (.../4) b. conoscenza delle regole (.../4) c. resa in italiano (.../2)